Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Pedes eius stabilitatem diuinitatis significant, quo scm est. id est corpus xpi. et gloriosum. et adorabile.

Quantum ualeat sinceritas orationis. in breuitate declaratum est, quia fideliter dm inuocantes. efficaciter audiebat, In columna nubis. loquebatur tunc illis, nobis autem per scm scabellum. id est per incarnationem. et loqui. et aparere dignatus est.

Dicendo. tu exaudiebas eos, et tu illis propitius fuisti. ostendit quidem desideria scorum in bonis petitionibus fuisse completa, Et ulciscens inomnes. ne eos humana elatio subripere potuisset, Oportet ineis uindicare protempore. ne cor eorum posse uideretur adsuperbiam deduci.

Confessio enim. quasi confacio dicitur, cum siue paenitentia siue laus multorum ore celebrata. quae ideo sic dicit. ut adplurimos panere monstretur.

Moyses & aaron in sacerdotibus eius. & samuhel inter eos qui inuocant nomen eius.

In uocabant dnm & ipse exaudiebat eos. in columna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius. & praeceptum quod dedit illis.

Dne ds noster tu exaudiebas eos. ds tu propitius fuisti eis. & ulciscens in omnes ad inuentiones eorum.

Exaltate dnm dm nostrum. & adorate in monte sco eius. quoniam scs dns ds noster.

PSALMUS INCONFESSIONE.

Quamuis moyses sacerdos esse non legatur. alter nomen sacerdotis teneat, tamen uterque sacerdotali preconio aduentum dni nuntiauit, samuhel unxit dd in regem, tamen non accepit officium sacerdotis. quia erat de tribu effraim. unde sacerdotes fieri non licebat, leuita tantum fuit. illud lineum ephod portauit. sig posse candidum efficiquippe penitentia nom di inuocans. nigredine peccati lacrimis diluerit.

Ipse enim xps. uere illum diligit. qui eius mandata custodit, ut ipse ait, si me diligitis. mandata mea seruate.

Notandum est autem quod scm dnm in sco monte precipit adorandum. quoniam sicut laus eius non conuenit ore praua. ita nec eius culturae loci potest congruere turbido.